norabile connubium in omnibus: et
thorus immaculatus Fornicatores
enim et adulteros iudicabit deus.
Sint mores sine auaricia: contenti
presentibus. Ipse enim dixit. Non te
deseram neqꝫ derelinquam: ita vt cõ
B fidenter dicamus. Dominꝰ mihi ad-
iutor est: non timebo quid faciat mi-
hi homo. Mementote prepositorum
vestrorum qui vobis locuti sunt ver-
bum dei: quorum intuentes exitum
conuersationis. imitamini fidem. Je-
sus christus heri ⁊ hodie: ipse ⁊ in se-
cula. Doctrinis varijs ⁊ peregrinis
nolite adduci. Optimum est enĩ gra-
tia stabilire cor: non escis que nõ pro-
fuerunt ambulantibus in eis. Habe-
mus altare: de quo edere non habent
potestatem qui tabernaculo deserui-
unt. Quorum enĩ animalium infert̃
sanguis pro peccato in sancta per pon
tificem: horum corpora cremantur ex
tra castra. Propter quod ⁊ iesus vt
sanctificaret per suum sanguinem po
C pulum extra portam passus est. Exea
mus igitur ad euꝫ extra castra. impro
perium eius portantes. Non enĩ ha-
bemus hic manentem ciuitatem: sed
futuram inquirimus. Per ipsum er-
go offeramus hostiam laudis semper
deo id est fructum labiorum confiten
tium nomini eius. Beneficiẽtie autẽ
et communionis nolite obliuisci. Ta
libus enim hostijs promeretur deus.
Obedite prepositis vestris: et subia-
cete eis. Ipsi enim peruigilant quasi
rationem pro animabus vestris red-
dituri: vt cum gaudio hoc faciant: et
non gementes. Hoc enĩꝫ non expedit
vobis. Orate pro nobis. Confidimꝰ
enim quia bonam conscientiam habe
mus in omnibus bene volentes con-
D uersari. Amplius autẽ deprecor vos
hoc facere: quo celerius restituar vo-
bis Deus autem pacis qui eduxit de
mortuis pastorẽ magnũ ouiũ in san-
guine testamẽti eterni dñm nr̃m iesũ
christũ. aptet vos in omĩ bono vt faci-
atis eius voluntatẽ: faciens in vobis
qđ placeat coram se per iesum christũ
cui est gloria in secula seculorũ. Amẽ.
Rogo autẽ vos fratres vt sufferatis
vbũ solacij. Etenim perpaucis scri-
psi vobis. Cognoscite fratrem vestrũ
timotheũ dimissum: cum quo si cele-
rius venerit videbo vos. Salutate
omnes prepositos vestros: et omnes
sanctos. Salutant vos de italia fr̃es
Gr̃a cũ omĩbꝰ Amẽ.

Explicit ep̃la Pauli ad Hebreos.
Incipit prefatio btĩ iheronimi p̃sbi-
teri in librũ Actuũ ap̃loꝝ.

Canit psalmista: ambula-
bũt de ṽtutibꝰ in ṽtutes
Post apl̃i Pauli ep̃las
dudũ vobis vno volumine translatas
dõnon ⁊ rogatõne charissimi. actꝰ a-
postoloꝝ cõpellitis vt transferã in lati
nũ: quẽ librum nulli dubium est a lu
ca antiocheno arte medico qui postea
insuiens paulo apostolo christi factꝰ
est discipulus fuisse edituꝫ. Ceruices
premit imposita sepius oneris magni
tudo: qꝛ studia inuidoꝝ rep̃hensione
digna putant ea que scribimus. Illo
rum nunq̃ꝫ odio ⁊ detractione. iuuan
te christo meum silebit eloquium.

Actus apostolorum nudam quidem
videntur sonare historiam et nascen-
tis ecclesie infantiam texere: sed si no-
uerimus scriptorem eorum lucam es-
se medicum. cuius laus est in euange
lio: animaduertimus pariter omnia
verba illius anime languentis eẽ me
dicinam.

Item alius prologus.


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG